

duobus n. 1005. 1006, Torellanis tribus n. 1016. 1017. 1018, Frigentinis duobus n. 1049, 1050, Locosanensi una n. 1078 (cf. n. 1194. 1215). Unus ex his Galeriae adscriptis n. 1006 quod princeps appellatur coloniae Aeclanensis, quam constat adscriptam fuisse Corneliae, mirum est; sed quod in ed. 1 inde collegi Aeclanenses duabus tribubus adscriptos fuisse, error est recte reprehensus a Grotefendio (trib. p. 26). Immo si habuit haec regio rem publicam suam, ea Galeriae adscripta fuerit necesse est; si non habuit, distributa fuit inter Compsinos et Abellinates ei tribui pariter adscriptos. Stellatina Beneventanorum his tantum inveniuntur Gesualdi n. 1042 et Frigenti n. 1056, quae loca Beneventanae perticae cum attribui nequeant, non municipum hi tituli fuerunt, sed incolarum. Praeterea ad Horatiam pertinet n. 996.

I. Ad auctores quod attinet, usque ad saeculum XVIII vergens Frigentini tituli nulli reperiuntur, si excipias Nuscenses duos n. 996. 999 relatos apud unum LIGORIVM, quasi Histonenses essent. Praeterea in schedis Barberinianis quidam harum partium inveniuntur (n. 995. 996. 998). Aequali auctori debetur n. 1054. Quae autem hinc protulit PRATILLIVS, falsa sunt.

II. Princeps igitur et primarius auctor in Frigentinis est Vincentius Maria SANTOLI archipresbyter Roccae S. Felicis (*de mephiti et vallibus Anxanti libri tres cum observationibus super nonnullis urbibus Hirpinorum*. Neap. 1783. 4. pp. 99), scriptor fide dignus neque indiligens a posterioribus immerito neglectus. Ipse quoque domi suae marmora scripta exposuit.

III. Eodem tempore Carmelus PASCVCCI archidiaconus Frigentinus harum partium lapides collegit. Collecta ab eo edidit LVPOLI primum in *Giornale enciclopedico di Napoli* a. 1785 m. Iun., deinde in itinere Venusino a. 1793, quamquam praeterea Santoli quoque librum adhibuit. At ipsi auctori Lupulus nequaquam satisfacit; nam Atripaldae inter schedas Vincentii Belli inveni aliquot folia eiusdem Pascucci inscripta: *relazione dell' arcidiacono D. Carmine Pascucci di Frigento 2 Maggio 1794 per*

le sviste del Lupoli, ubi nota iudicium auctoris qui Lupulo lapides descripserat de fide et diligentia eiusdem: *Le iscrizioni rapportate dal Lupoli sono quasi tutte da me comunicategli e mi spiace che alcune le abbia mutate con mutarne alcune lettere e mutarne anche il sito, come ho notato nella margine del mio libro dall' autore regalatomi.*

IV. Fabius CIAMPI, cuius ex litteris Frigentinos titulos edidit GIVSTINIANI (*dizionario geografico* vol. IV a. 1802), totus pendet ex Pratiilianis et Pascuccianis; duae quas addidit n. 162*. 163*, falsae sunt.

V. GVARINIVS Frigentinos protulit una cum Aeclanensibus alios sibi visos, alios acceptos ab amicis, praesertim Fabio Ciampio iuniore; in his fuerunt non pauci descripti ex editis (v. n. 1053), item unus ineditus admodum suspectus n. 164*.

VI. Contra librum Guarinii *illustrazione dell' antica campagna Taurasina* (Nap. 1820. 4) adversarius extitit canonicus Nuntius Maria DELLA VECCHIA (*ricerche sulla vera posizione de' campi Taurasini e delle colonie liguri e romane tradotte nel territorio dell' antico Ferentino e di Cisauna negli Irpini e delle memorie della città di Nusco*. Nap. 1823. 4. pp. 155); replicavit Guarinius (*riflessioni sull' oggetto delle ricerche sulla vera posizione de' C. T. del c. d. V.* Nap. 1823 pp. 20), duplicavit della Vecchia (*lettera al Sig. Guarini sul vero sito de' campi Taurasini e delle terre de' Liguri* Nap. 1824. 4. pp. 63). Della Vecchia ut falsas inscriptiones non paucas protulit inepta fraude facile sese prodentes, ita genuinas quoque alias edidit primus, alias a prioribus sumpsit.

VII. Petri Gaetani FLAMMIAE (n. 1793, † 1842) liber postumus (*opuscolo inedito di un saggio storico della città di Fricento e valle di Ansante*. Neapoli 1845. 8. pp. 100) totus a prioribus pendet.

VIII. Ipse cum Frigentum non adierim, iam Brunnii et Dresseli industria et doctrina hic quoque effectum est, ut potiores qui quidem extant tituli in hac sylloge legantur recte descripti. Plures tamen hominum incuria malo fato absumpsit.

994 [= 1342] in lapide evanido litteris antiquis. A meridie Leoni in silva dicta *lo pisco* (sic, non *Piscopo*). Antiqua rudera complura comparere in loco proximo dicto *Oppido* observat DRESSEL.

I IIVIVS · SIBI · ET · V
VIVEIYT · VI
VAE · ET · EIL . . . I . . SO · IIS · SVIS
Q · V · O · D · F · I · L · I · S · T · A · T
5 CERE · DER · VIRVM · I · F · I
F · I · F · E · C · I · T · F · I · L · I · S ·

fort. ita restituenda:

.....
R · E · S · T · I · T · V · T · V · S · S · I · B · I · E · T · V · X · O · R · I
V · I · V · V · N · T · VI
V · A · E · E · T · F · I · L · I · S · V · I · S ·
Q · V · O · D · F · I · L · I · P · A · T · R · I · F · A ·
C · E · R · E · D · E · B · V · E · R · V · N · T · P · A · T ·
E · R · F · E · C · I · T · F · I · L · I · S ·

Della Vecchia p. 64 dedit ligno incisam. Haec quin sit genuina, nemo dubitabit.

995 nella terra delli Leoni lontana 4 miglia da Nusco nella provincia del Principato ultra nella chiesa di S. Maria della Grazia.

S · E · P · P · I · V · S
P · T · V · N · V · S
M · N · I · A · E
I · N · E · C · M · D
5 S · P

Verderosa cod. Barb. 30, 136 f. 9.
1. 2. 3 extr. puncta sustuli.

996 [= 1315] in lapide qui est in pariete sinistiore ecclesiae abbatialis S. M. de Fontigliano quae duobus fere mil. distat a civitate Nusci ARCVDIVS; prope abbatiam S. M. a Fontigliano a Nusco meridiem versus COMO, DELLA VECCH; ibi in cella eremitae DRESS. — Histonii LIGOR. errore.

C · P · O · M · P · V · L · L · I · V · S · P · F · H · O · R ·
orna- PRIM · PIL · TRIB · MIL · P · R · A · E · F · E · Q · orna-
menta CAREIA · P · F · G · E · M · E · L · L · A · V · X · O · R ·
mili- taria ARBITRATV · taria
5 G · E · M · E · L · L · A · E · V · X · O · R · I · S · E · T · P · H · I · L · O · D · A · M · I · L ·

Recognovit Dressel. Ligorius Taur. 9 (inde Gud. 181, 4); cod. Barb. 30, 92 f. 41 card. Barberino F. Arcudius epus Nuscanus; Mur. 844, 7 ab Ign. M. Como; Mastrominico *vico Fenicolense* (1802) p. 97; della Vecchia p. 103 aeri incisam dedit. Ex hac quid effecerit Polidorus, quaere in Histonensibus falsis.

Anaglypha militaria, in quibus exhibentur equites hastati scutatique, cum extent eodem loco, ad idem monumentum pertinuisse probabile est.

997 litteris non bonis, hora una a Nusco in ecclesia S. Mariae a Fontigliano.

I · C · O
I · D · F
P · A · T · R ·
P · C · O · I · A
5 C · V · M · S · A

Dressel descripsit.

998 litteris pulcherrimis, hora una a Nusco in atrio ecclesiae S. Mariae a Fontigliano VERD. DRESSEL.

S · Q · C · A · E · S · V · T · I · V · S · Q · L · T · R · Y · P · O
S · I · B · I · E · T · S · V · I · S · P · A · R · E · N · T · I · B · V · S
E · C · O · N · C · V · B · I · N · A · E · T · R · Y · P · O · N · I · S
H · I · L · A · R · O · A · N · C · V · L · O sic

Descripsit Dressel. Verderosa cod. Barb. 30, 136 f. 9.

999 [= 1326] in abbatia S. M. de Fontigliano prope Nuscum DELLA VECCH. DRESSEL. — Histonii LIG. errore.

rosa
F · A · V · S · T · V · S · C · A · E · S · V · T · I · A · Q · L · P · H · I · O · E
F · I · L · I · V · S · M · A · T · E · R
protome protome
filii matris

Recognovit Dressel. Ligorius Taur. 9 (inde Gud. 181, 4); della Vecchia p. 105. Ligorius confudit cum n. 996.

1000 Montemarani.

D · M
C · E · L · S · I · A · E · F · E · L · I · C · I · A · E
sic C · E · S · I · A · F · I · L · I · A · M · A · T · R · I
M · O · N · V · M · E · N · T · V · M · F · E · C · I · T

Vinc. Meola *not. ist. di Montemarano* ms.

1001 Montemarani.

E · R · E · C · I · A · M · F · R · V · F
S · I · B · I · E · T · F · I · L · I · S · V · I · N · C · M · E · O · L · A · N · O · T · I · S · T · I · S ·
E · R · E · M · O · N · T · E · M · A · R · A · N · O · M · S ·